

17. Nov.



1790, 4 4  
548

disser. f. 1003. 1.

DISSE<sup>T</sup>AT<sup>O</sup> IN A<sup>V</sup>G<sup>V</sup>RALIS IVRIDICA

DE

BENEFICIO INVENTARI<sup>I</sup>  
HAMBVRGENSI  
HODIERN<sup>O</sup>

---

QVAM

SVB AVSPICIIS REGIIS  
ILLVSTRIS IVRECONSVLTORVM ORDINIS  
AVCTORITATE ET CONSENSV

PRO

LICENTIA

SVM<sup>M</sup>OS IN VTROQUE IVRE HONORES CONSEQVENDI  
D. XII. OCTOB<sup>R</sup>IS MDCCXC  
ERVDITORVM EXAMINI

SVBMITTIT

IOANNES GODOFREDVS MISLER  
HAMBVRGENSIS.

---

GOETTINGAE,

Typis BARMEIERIANIS.

DISSERTATIO IN VINDICATIS LARVIDIIS

BENEFICIO INVENTARI  
HAMBURGENSI  
HODIRINO

QAVM

SAB. ASTRICLIS REGIENS  
ILLUSTRATIS HARCOONSVATORVM ORDINIS  
AVOTONITATIS ET CONSERVA

FICENTIA

SUMMOS IN ALTOCIS LIVIS HONORIS CONSEQUIENDI

E. XII OCTOBRII MDCCXCV  
EXAUDITORIAM EXAMINI

TITULICVS

JOANNES GODOLPHUS MISTER

HAMBURGENSIS

GOTTINGAE.

TIBIA BARNEFERRIANIS

*ref. N. 5. 1003. C.*

L I B E R A E

GAVIIECANOAE S. R. I. SEN. INNAGARIA  
REIPVBЛИCAE HAMBVRGENSIS

SENATVI SPLENDIDISSIMO

VIRIS  
PERILLVSTRIBVS MAGNIFICIS AMPLISSIMIS  
CONSULTISSIMIS

PATRIAЕ PATRIBVS

JOHANNES GODOLPHUS MISTERI  
GLOTTOS OCHIENANTISSIMA

HOC

QVALECVNQVE SPECIMEN INAVGVRALE

OMNI QVA PAR EST REVERENTIA

SACRVM ESSE VULT

TANTORVM NOMINVM

CULTOR OBSERVANTISSIMVS

IOANNES GODOFREDVS MISLER.

200. 5. 100. C.

---

## CONSPECTVS.

---

Praemissis ex jure romano, quae luc spectant, - - §. I - V.  
beneficium nostrum enucleatur

I. GENERATIM, - - - - - §. VI-IX.

- A) secundum statuta Hamburgensia. §. 7.
- B) secundum art. 38 seqq. *der Neuen Hamburg. Fallit. Ordin.* §. 8. 9.

II. SPECIATIM. - - - - - §. X-XVI.

heres beneficiarius

A) ante Inventarii confectionem. §. II.

B) in ipsa rerum hereditiarum  
consignatione.

- 1) quoad res consignandas. §. 12.
- 2) quoad personas adhibendas. §. 13.
- 3) quoad solennia observanda. §. 14.
- 4) quoad tempus intra quod. §. 15.

C) post consecutum Inventarium. §. 16.

additis quibusdam in rem observationibus. §. XVII-XIX.

Heredi-

## CONSPICIAS

V. 12. *Hereditas nihil aliud est, quam successio in  
UNIVERSVM jus, quod defunctus habuerit.*

L. 62. de reg. jur.

Hereditas nihil aliud est, quam successio in  
UNIVERSVM jus, quod defunctus habuerit.

L. 62. de reg. jur.

XIX-HVX. *Indivisiu[m] velde suu[m] ni[m]e[m] h[ab]endu[m] enib[us]  
d[omi]n[u]m.*

**A**ntequam materiam ipsam huic commentatiunculae superscriptam *P. rooe  
m i u m.* aggrediar, e re mea esse videtur, ut pauca ex Jure civili Romano huc spectantia hic praemittam; eo magis cum hocce Jus peregrinum maximam partem Juri Germanico cum universali tum particulari aut omnino originem dederit, aut saltim, quod frequentius, legum nostrarum codicem passim expleverit, emendaverit, stabiliverit; unde et hodie sub nomine Juris communis, ubi leges nostraræ vel in totum vel in tantum deficiunt, in subsidium vocatur *a).*

a) conferas velim ex scriptorum copia, quae super hac materia extant, v. g.  
 H. CONRING de origine Juris Germanici, Helmst. 1720 4. — I. G.  
 HEINECCIVS hist. Jur. civilis Romani et Germanici, Hal. 1740. 8. —  
 I. H. C. de SELCHOW Geschichte der in Deutschland geltenden  
 fremden und ausländischen Rechte, Göttingen, 1788. 8. — C. F. WALCH  
 Grundriss der Geschichte der in Deutschland geltenden bürgerl. Rechte,  
 Iena 1780. 8. et alios.

A

## §. II.

## §. II.

Duo sunt Heredis institutionem caput esse et fundamentum totius Testamētū. *Beneſtia*, *Jure Ro-ſtamenti factionis a)*, neminem niſi in Jure civili plane ru-*mano hero- di conſulta*. dem fugiet. Nullum igitur est Testamentum, quod non habet heredem institutum b). Heres autem dicitur successor in universum Jus defuncti, non personalissimum, vel, ut clarioribus verbis utamur, est talis persona, in quam non solum omnia transfe- runtur Jura activa defuncti, verum etiam Jura passiva sive obliga- tiones tranſeunt, si discesseris ab iis, quae personae particulariter adhaerent, veluti quae ex delicto quoad poenam oriuntur. Prono inde sequitur alveo, ut facta defuncti praestare debeat, e. g. Legata et Fideicomissa pendere, aces alienum persolvere, et omnia in ge- nere peragere, quae in re propria fusciperet; quo sensu heres, a- dita Hereditate, cum defuncto unam eandemque personam sustine- re merito dicitur. Quia vero haec unitas personae nonnunquam ei detimento esse potest, eo nempe in caſu, quo vires Here- ditatis ad facta praestanda non ſufficiunt — quem caſum non ſem- per praevidere licet — ideoque paullo durior fieret ejus condi- tio, duplex in jure nostro ei proditum est Beneficium, quorum alterum Jus sive ſpatium Deliberandi, alterum Beneficium Inven- tari audit.

a) §. 35 I. de Leg.

b) Alter Hamburgi, ubi ſpreta directa heredis nominatione, Testamentum vali- de tamen ſcribitur. Stat. Hamb. p. 3. tit. 1. art. 22.

## §. II.

## §. III.

Ius s. spatium Deliberandi, a Praetore indulatum, dici-<sup>i. Ius De-  
liberandi.</sup>  
tur Beneficium Iuris, vi cuius heres intra certum tempus, lege  
definitum, consulere potest, num adire, an repudiare velit Heredi-  
tatem *a*). Omnis Hereditas, urgentibus iis quorum interest, aut  
adeunda aut repudianda *b*). Cum vero, ut diximus, aditione ac-  
que ac repudiatione aincipiti, heres, unum alterumve nimium pre-  
cipitando, facile damno affici possit, Leges certum temporis spa-  
tium ad deliberandum ei concedi volunt. Annum, a die, ex qua  
de Hereditate sibi delata certior sit, computandum, vulgo tri-  
buunt, intra quem, iussu Iudicis accidente, statuat, an legali Bene-  
ficio Deliberandi uti velit; quo electo, aut principem aut magistra-  
tum adire debet, quorum alter annum, alter novem menses con-  
cedere solet. Interdum quoque, si longiori mora sibi opus esse exi-  
stimet, secundum *c*) spatium Deliberandi petenti indulgetur, quo  
deum elapso, heredem categorice declarare oportet, utrum adire,  
an repudiare velit, quod ni fecerit, Hereditas ratione substituti et  
heredum ab intestato repudiata, ratione creditorum adita cen-  
fetur *d*).

*a) s. s. J. n.**b) quod etiam de herede necessario dici debere, qui se se immiscet vel absinet, vix  
monendum viderur.**c) quod tamen primo jam contineri plurimi volunt.**d) conferas pluribus, si placet, L. 69, de A. et O. H. et tot, tit. Cod. de Iur. Del.*

## §. IV.

*2. Beneficium Inventarii.*

Licet Béneſciū modo recensitū heredi ratione dāmni, quod ex adita vel spreta ſucceſſione emergete poſſet, avertendi valde proſicuum fit, multum tamen abeft, quia eum ab omni libe- ret dāmno, cum fieri poſſit, ut, exactiſſima licet iſtituta perſcrutatione, verus tamen bonorum ſtatus eum lateat. Quapropter alio adhuc privilegio Iuris longe utiliori cautum eſt heredi, puta Beneſcio Inventarii, quod Iuſtinianum noſtrum, vel potius Antoninum Imp., qui prium istud militibus dedit, habet autorem. Eſt vero Beneficiū Inventarii, Beneficiū Iuris, vi cuius heres, rite confe- cto Inventario, non ultra vires Hereditatis tenetur a). Duo itaque hoc privilegio continentur: Legitima Inventarii confeccio et obli- gatio heredis ad vires Hereditatis reſtricta. Legitime b) autem con- ficitur Inventarium, dum intra triginta dies, a momento quo delata Hereditas in notitiam heredis pervenit, inchoatur et intra alios ſexaginta dies, vel pro re nata intra ſpatium anni absolvitur, tabel- lionibus adhibitis, quorum unus conſcribat Inventarium, legatariis, fideicommissariis et creditoribus citatis, vel in eorum defectu tribus accerſitis testibus, coram quibus omnia ſpecifice conſignentur, nec non herede, vel ipſo, vel ſi ſcribendi artem non calleat, per notarium ſubſcribeſte. Rebus hereditariis ſic conſignatis, heres, licet vel maxime aēs alienum et reliqua debita maſſam reliqtam ſuperent, bonis ejus a bonis defuncti plane separatis, non ultra vires ad eum devolutas tenetur; unde, cum plane fieri non po- fit, ut heres vel minimum dāmnum ſentiat, qualis ſit Beneficii hujus favor, facile eſt ad intelligentum.

a) §. 64

a) §. 6. I. de H. Q. et D.

b) L. f. §. 2. 3. C. de I. D. Nov. 1. c. 2. §. 1. HERDT de Beneficio Inventarii, et LAVTERBACH in diss. de Inventario Hereditatis, rem optime exposuisse videntur.

§. V.

Haec brevis delineatio etsi jam satis consilio nostro respondeat, haud tamen abs re erit, si, paullo adhuc majori cum diligentia in naturam Beneficiorum sublstratorum investigando, brevis simis dispiciamus, tum quibus in rebus convenient, tum in quibus discrepant. Conveniunt autem 1. in eo, quod heredi dentur ad avertendum damnum, tam ex aditione quam ex repudiatione metuendum, 2. quod alternative competant; h. e. quod electio uno alterum amplecti non amplius fas sit, 3. quod in utroque res hereditariae confignentur. Ad ipsum quidem jus Deliberandi hoc ultimum pertinere nolunt, et quidem recte; ast cum deliberatio rite suscepta vix cogitari possit, quin catalogus rerum jacentium conficiatur, quo duce, statu massae perspecto, declaratio fieri queat; rerum hereditiarum configurationem a jure Deliberandi aegre separari posse, quam maxime contendeo.

*Discrimina virtus que Beneficium.*

Sunt autem in quibus differunt et plura, et majoris momenti, quorum potiora, sicuti mentem subeunt, hic recensebo. Beneficium Iuris Deliberandi s. Ius Deliberandi semper aut magistratum aut principem intra legitimum tempus adeundo, impetrari debet, alias non competit; Beneficium Inventarii ipso jure eis datur, qui Inventarium legitimo modo conficiunt. Haec Inventarii confe-

lio necessitatis est, nec non publica nititur autoritate; dum heres qui deliberat, si velit, res hereditarias privato ausu consignat. Ad finem si respicis, Jus Deliberandi datur, ut heres de facultatum sibi relictorum statu certior fiat, et declarationem suam hinc inde faciat; beneficium Inventarii, ut, massa solvendo existente nec ne, heres nonnisi usque ad vires Hereditatis teneatur; illius vis ante aditam se se exserit Hereditatem et adita cessat, hujus demum post aditionem et per totam bonorum administracionem durantem; hinc qui Deliberationis jure utitur, vera Hereditatis jacentis conditione hac illave ratione latente, minus tutum se habet, quam qui Inventarium conficit, et eo ipso privilegio indemnitas omnimodae gaudet, quo securius nullum cogitari potest. Ex quibus itaque sequitur, ut beneficium Inventarii quodammodo sub se complectatur jus Deliberandi, vel potius, ut accuratius loquar, irritum faciat, teste Iustiniano, si forsan haec adhuc testimonio indigent, in §. 6. J. cit.

### §. VI.

*Quid Ius  
ris Ham-  
burgensis?* Hisce in genere perspectis, jam videamus, quid disponat in specie Ius hamburgense in hac materia, et quomodo heredi, Hereditatem sibi reliquam adeunti, consulat. Fontes principaliores, a nobis hunc in finem adeundi, sunt tum antiqua illa Statutorum hamburgensium collectio a), tum recentior Ordinatio hamburgensis intuitu eorum, qui foro cesserunt b), quae Constitutio art. 38 seqq. rem nostram data occasione pertractans, novam quasi legem usu confirmatam, hoc in capite fecit.

### §. VII.

a) cuius authentica editio publici juris facta est anno 1603, quam in allegandis  
quae hoc spectant, verbis solam adhibuimus.

b) quae sub titulo: der Stadt Hamburg neue Falliten-Ordnung, anno 1753  
promulgata, inventur apud KLEFEKER Samlung der Hamb. Gesetze und  
Verfassungen, P. III. pag. 241.

### §. VII.

Codex statutorum hamburgensem P. III. tit. 7. art. 2 - 6. Secundum  
Statuta,  
incl. sedem materiae nostrae continens, art. 2 ita disponit:

„Insonderheit, nachdem ein jeglicher Erb, so einmal sich der  
Erbshaft unterziehet, — alle des Verstorbenen Schulden etc.  
etc. — zu bezahlen verpflichtet ist, ungeacht dass schon  
die verlyne Güter sich soweit nich erstrecken möchten; So  
ist dagegen den Erben diese Begnadung und Wohlthat Rech-  
tens gegeben, dass sie in einem Monat — zu inventiren an-  
fangen, und in zweien Monaten — oder einem ganzen  
Jahr — das Inventorium vollenden — — Und wann al-  
so nach aufgerichtetem Inventorio ein Erb sich der Erbschaft  
unterfanget. — Ist er den Gläubigern und andern weiter  
nicht, denn sich die inventirte Güter erstrecken, verpflichtet,  
noch ein mehrers zu bezahlen schuldig.

Si hoc effatum paulo accuratius perpendimus, et posteriori-  
bus praesertim verbis inhaeremus, necesse est, ut confiteamur, in-  
dolem beneficij jamjam expositi, cum natura beneficij Inventarii ro-  
mani prorsus convenire. Sic et quoad formam externam princi-  
pia romana ubivis sere eluent. Non enim tempus solum Iure Iu-  
stini-

stiniario ad Inventarium conficiendum praescriptum, hic idea praefixum vides, sed etiam quod ad modum illud conscribendi attinet, easdem ferme solennitates observari, easdem personas adhiberi volunt legum Hamburgensium latores *a)*, quas Ius civile requirit. Nimis anxie circa hanc quaestione versantur, num haec Constitution ex legibus romanis hausta fuerit, an potius Iuris mere patrui sit. Essi enim primum argumentis fulciri probabilioribus crediderim, (quae hic adducere, nec animus nec locus est) vix tamen opinionem meam ex eo probarem, quod veteres Germani, uti dicunt, heredes suos nunquam ultra vires Hereditatis obligatos esse voluerint, *b)* hinc beneficii Inventarii notio et usus ad eos non nisi iure romano pervenire potuerit; cum res ipsa, nec non modus ille colligendi omnibus dubiis nondum absolutum esse appareat. Sed sit ut sit, sufficiat nobis, legem hanc statutis nostris insertam esse; qua si sola inniti, et ex ea juris patrii usum hodiernum deducere vellemus; et Hamburgenses verum beneficium Inventarii romanum heredibus suis tribuere eo magis dici debet, quo magis non solum quotidie vides, Hamburgi Hereditates cum beneficio Legis et Inventarii, ut ajunt, adiri, verum etiam illa recentior Constitution, Sanctioni statutariae derogans, ejusdem Beneficii heredibus competentis mentionem facere videtur.

*a)* St. Hamb. art. 4. l. c.

*b)* vid. e. g. I. I. REINHARD *kleine Ausführungen*, P. II. pag. 357 seqq. et praeprimis de SELCHOW in Elem. Iur. Germ. pl 618 noviss. Edit., qui inter bona acquisita et avita distinguit, in his negans, in illis heredis obligationem concedens.

## §. VIII.

## §. VIII.

Ait hanc Constitutionem, qua totum aedificium privilegii no- *Sec. art.*  
*tri superstructum est, longe aliam, a beneficio Romano plane di-* *18 seqq.*  
*versam ei tribuere naturam, quisque fatebitur, qui paullo atten-* *der N.*  
*tius totum locum citatum perlegit, ac mentem ejus comparat cum* *H. F. O.*  
*eis, quae Ius romanum circa Inventarii confectionem dispositum.*

Liceat nobis, brevitatis causa, instar omnium ex eo tantum exhibere artt. 42 et 43, ad quorum dictum, habito quoque ceterorum respectu, facile erit intellectu, quae sit beneficii hic proposita vera ratio.

Verba autem art. 43 ita sonant:

„Wenn bei Absterben eines Mannes, desselben Erben nicht anders wissen noch vernuthen, denn daß seine Güter und Nachlaß zur Zahlung und Entrichtung der Schulden zulänglich und genug sind, die Erben jedoch mit Abtrag der auf der Erbschaft haftenden Schulden einen Anfang zu machen bedenklich halten, sollen sie in denen 6 Wochen, die ihnen zur Deliberation gegeben worden, alle des Verstorbenen Haab und Güter — inventiren etc. etc. eum quibus conjugenda sunt, quae art. praecedenti leguntur:

„Findet sich bei oder nach der Inventur ein gegründeter Verdacht, oder wol gar eine Gewisheit, daß die Masse nichtzureiche, sämmtliche Creditores zum vollen zu befriedigen; so sollen die Witwe und Erben und deren Vormünder

„der, bei Verlust des Beneficii Inventarii sofort schuldig seyn,  
„diesen Umstand uns per Supplicam anzuseigen, damit Credi-  
„tores coram Commissione gefordert, und von ihnen beschlossen  
„werden könnte, ob sie den Beneficial-Erben die Administrati-  
„on mit oder ohne Sicherheits-Stellung ferner lassen, oder die  
„Erbshaft übernehmen wollen, etc. etc.

Quae hic disposita vides, brevius sic: Heres qui non statim  
simpliciter adire vult, h. e. mit Abtrag der Schulden einen Anfang  
zu machen bedenklich hält, petita venia, Inventarium bonorum con-  
ficere debet a). Similatque autem perspexerit, massam non esse sol-  
vendo, hoc indicare debet sub jactura beneficii; ut creditores statu-  
ant, num Hereditatem ipsi relinquere, an adire velint.

Immoremur his paulisper, si placet, quaeque ex modo dictis  
fluunt, brevissimis dispiemus.

Agitur hic, sicuti in reliquis ḥphis, de Hereditatibus aere  
alieno gravatis, et de Iure in eas, tam heredi quam creditoribus,  
competente. Ius five obligatio heredis versatur cum circa Inven-  
tarii confectionem, tum circa declarationem insolventiae tempestive  
faciendam. Ex priori sequitur, ut massam cognoscendi habeat po-  
testatem, quo per se spectato, nec deterioris nec melioris sit con-  
ditionis; ex posteriori, eum ultra vires hereditarias nec obligatum esse,  
nec iri, quo demum privilegio verum nanciscitur commodum, mo-  
do sibi caveat, et denunciationem justo tempore interponat.

Ad

Ad Iura creditorum quod attinet, in eo consistunt, quod, de bonorum insufficientia certiores facti, aut ipsi adire, aut heredi administrationem et in posterum concedere possint, et quidem, vel sub beneficio non ultra vires Hereditatis teneri, vel *si vult* heres, sub obligatione omnia solvendi b).

Hinc itaque cum, quid resp. massae bonorum faciendum, quoque denique modo sibi optime consulendum sit, statuendi potestate plenissima gaudeant creditores, infero, conditionem eorum hoc privilegio tam acceptam fieri, quam sine damno alterius fieri potest.

Dispositionem hue usque recensitam, si oculo sane critico per lustramus, magis creditoribus quam heredi favere, est confitendum c). Heredi quidem massae experiundae copia datur, sed hoc in creditorum potius quam in suam ipsius utilitatem concessum videtur, quia, Hereditate soluendo haud existente, non statim, sub obligatione ad vires hereditarias restricta, adire potest, sed a creditorum arbitrio pendet, utrum eum ad hoc beneficium admittere, an potius ipsi Hereditatem suscipere velint, cum tamen prius non nunquam heredis permultum interfit. Accedit, quod neglecta illa declaratio in heredem poenam amissionis privilegii statim devolvat d); quae clausula, heredi sane parum proficia, eo magis creditoribus, culpa heredis vel levissima locupletandis, proficit.

Quoniam vero, si rem penitus consideramus, extra omne positum est dubium, finem primarium, ob quem Inventarium con-

ficitur, nullum esse alium, quam ut *heres* de statu massa certior fiat; ac denunciationis effectus in eo versatur, quod ultra vires Hereditatis non tenetur; ipsaque haec constitutio *implicite* ei facultatem praebet, Hereditatem bonis perspectis, aut adeundi, si massa sufficiat, aut repudiandi, si, bonis deficientibus, creditores ea in se transferunt; nemoque haec vera esse commoda ac privilegia hereditaria inficias ire poterit; hinc inde nostrum beneficium Inventarii, recepta usu fori beneficii Legis et Inventarii denominatio, enatum obtinet.

a) conferas hic velim quoque art 38 et 40.

b) sic enim intelligo verba sub finem sp̄hi 42 mit Sicherheitsstellung, licet aliam adhuc patiantur explicationem, hanc nempe, qua de cautions, ob administrationem ex fide gerendam facienda, interpretantur; cui tamen sententiae, cum legitima ac publica Inventarii confatio, cautionem qualemcumque inutiliē reddens, valde ei obliter, vix accedere possim.

d) hinc beneficii nostri sp̄his seqq. fusius exponendi, definitionem ipsam frustis hic quaeres; cum enim non de consilio hic sermo sit de beneficiis heredi concedendis, sed potius de privilegiis creditorum, in Hereditatem aere alieno gravatam competentibus, ipsumque beneficium Inventarii, norissimum alias ex Iure civili et statutis nostris praefuppōnatur, definitionem ejus hic mitrendam esse, nescio an Iure arbitrii sunt legis nostrae autores. Quidquid enim sit, hoc certo certius, praxique confirmatum stat, beneficium hocce, praescriptis si subscriptibamus, non amplius illud Romanorum manere — nostrumque tantum est, ut, hac occasione disposita sedulo examinemus, colligamus, et ea qua hodie obtinent forma, proponamus.

c) vid, art. 44.

§. IX.

## §. IX.

Est itaque BENEFICIVM INVENTARI<sup>I</sup> HAMBVRGEN-  
SE hodiernum, beneficium Iuris, vi cuius heres, praevia declaratione, intra certum tempus Inventarium bonorum confiscare potest, quibus perspedis, statuat, num Hereditatem adire velit, nec ne.

## §. X.

Haeccce beneficij requisita proposita nunc a nobis propius inspicienda, ac quoad singula capita recensenda sunt. Qui vero huic spectant ex constitutionibus laudatis, nimur art. 38-45 der N. H. F. O. et quatenus ad eos provocant, Statutorum l. c. artt. 2. 3. 4. 5. cum nimis inconcinne, nec non paullo obscurius rem proposuerint, eam in meliorem ordinem redigere, et secundum ea peragere in animo est, quae heredi beneficiario et ante Inventarii confectionem, et in ipsa rerum hereditiarum consignatione, et post confectionem Inventarium, secundum leges allatas incumbunt.

## §. XI.

Officia autem heredis, cuiuscunque sit status ac conditionis, I. Ante Inventarii confectionem.  
(quod constitutio nostra sub voce: die Witwe und Erben und conderen Vormünder comprehendere solet) ante Inventarii confectionem his absolvuntur. Quamprimum sibi delata fuerit Hereditas, de qua non constat, num solvendo suppetat nec ne, magistratu significare debet, utrum adire, an repudiare, an beneficio Inventarii uti velit. Quae declaratio fieri debet intra spatium sex hebdomadum, a temporibus, pro circumstantiarum ratione aut here-

dum qualitate diversis, computandarum. Praesente enim herede, tempus mortis s. tabularum apertarum attenditur; absenti spatium currit a momento, quo Hereditatem sibi delatam cognoverit; minoris denique deliberatio incipit a die, quo tutor tutelam suscepit, i. e. quo juramentum tutelare praestitit a). Heres si simpli-  
citer adire vult, declaratio sua omnes ei tribuit heredis effectus, beneficiis exceptis; si repudiaturum se esse declarat, praestito, cre-  
ditoribus exigentibus, juramento Manifestationis b) coram Dno  
Prætore, ab omni reliquo onere hereditario liberatus est c); si  
beneficium Inventarii petit, bonis nullo plane arresto detentis d),  
Inventarium continuo inchoare debet e).

Haec sunt que Jus novissimum, et praxis hodierna heredi, Inventarium conjecturo, praescribunt; a quibus Ius statutarium in eo recedit, tum quod ad exemplum Juris romani non praeviam requirat declarationem, tum quod tempus, quo Inventarium inci-  
piendum, ad unum mensem, i. e. ad *quatuor* septimanas re-  
stringat f).

a) art. 38.

b) h. e. juramentum, quo heres se nil dolo malo Hereditati jacenti subtraxisse  
asseverat,

c) art. 39, nro. 2, quo immunitatis privilegio et vidua gaudet, licet pro marito  
vel una cum eo fideiussisset, nro. 3,

d) Exceptio est in causis gravioris momenti, quae tamquam prius cognitionem Iudi-  
cis requirunt, art. 40, nro. 1.

e) art. 40, nro. 2.

f) Stat. 1, c. art. 2.

## §. XII.

## §. XII.

Multo plura autem observanda veniunt in ipsa Inventarii con-  
fessione, de qua nunc paucis erit agendum.

*II. Circa  
ipsum re-  
rum here-  
ditaria-  
rum config-  
nationem.*

Sunt equidem, quae hic respici debent: primo res confignan-  
dae s. objectum Inventarii nostri; secundo personae in hoc ne-  
gotio obvenientes s. eius subiectum; deinde ritus solennes adhi-  
bendi s. forma Inventarii sfr. s. d.; denique ipsum tempus intra  
quod negotium istud est absolvendum. De singulis sigillatim a).

*1) res-  
rerum  
configuan-  
darum.*

Objectum Inventarii hereditatis est omnis res hereditaria, tam  
quae revera adest, quam quae non adest, nomina cum activa tum  
passiva b), instrumenta, rel. (*Haab und Güter, Schulden, Ge-  
genschulden, briefsche Urkunden, und alles was in des Verstorbe-  
nen Verlassenschaft bei seinem Ableben befunden St. l. c. art. 4.)*  
Quae omnia catalogo inseri debent, quin heres aliquid in praecidi-  
cium creditorum solvat; si excipias debita privilegiata c), quo etiam  
refer, quae ad victimum quotidianum spectant, d) et, nulla si adest  
suspicio (quam non adest, delato juramento confirmare debet)  
ea quoque, quibus fides sustentatur e).

Ab his tamen rebus conscribendis, merito separandae, ac  
jure privilegiato deducendae sunt f):

1. Impensa funebres defuncti;
- emergente vero suspicione, ab herede omni modo  
restringendae. art. 45. nro. 1.

2. Im-

2. Impensa in Inventarii confectionem erogatae;

3. Omnes alii sumptus, quounque modo in Hereditatem facti.

a) In his autem delineandis novam illam Ordinationem me tantum fecutum esse, quippe quae Statutis derogat, et nonnulli in subsidium Ius illud statutarium adhibuisse, non est quod moneam; quo magis vero monendum videtur, quod, cum fieri haud potuerit, quia usus fori, temporis inde a promulgatione legis nostrae 40 fere annorum traxi, nonnulla passim immutaverit; et haec pauca, praeceunte constitutione nostra, omni meliori informatione desiratus, conscripsierim; plura forte hic irepeterint, quae hodie altere sese habent. Quod ne mihi, vix primis praeceos elementis imbuто, in malam veritas partem, Lector Indulgentissime, maximopere rogo atque contendo.

b) hinc et ea, quibus massa ipsi heredi tenetur. Stat. art. 3.

c) quaenam sint debita privilegiata, vid. art. 22, nro. 3. Constitutionis nostrae,

d) art. 45, nro. 1.

e) art. 45, nro. 2.

f) Stat. art. 3.

### §. XIII.

Venio nunc ad personas, quae huic negotio interesse solent. Sunt autem duplices generis; alterum earum, quae necessario subpoena nullitatis totius actus adesse debent, alterum, quae adesse possunt, quin absentia negotium irritum faciat.

In priorum Classem refero:

1. Heredem vel Heredes, si plures fuerint.

2. Legatarios et Fideicommissarios a) Stat. art. 4.

Si

Si qui absunt b), loco horum ministrorum, vulgo Zehnpfenningskuecht dictum, pace Superiorum c).

3. Tabellarium, (den Gerichtschreiber, Stat. art. 4.) sive usitatus: Notarium, qui Inventarium conscribit, art. 43, nro 1.

4. Duos testes, fide dignos, loc. cit. qui defunctum noverunt, Stat. art. 4. vel si deficiunt, aliud notarium, art. 43, nro 1.

Posteriorum numero potissimum habentur:

Creditores, vi art. 41, nro. 1. verbis: *Indeßen steht Creditoreribus sammt und fönders frei, der Inventirung der Güter mit bei zuwohnen, oder dazu einige aus ihrem Mittel zu deputiren etc.* cui et diametro opposita est dispositio statutaria, art. 4. quae adeo praesentiam eorum requirit, ut loco absentium non cito tatorum, 3 cives possessionatos (erbigesene Bürger) specialiter rogatos adhiberi velit.

a) Distinctio juris romani heredem inter et legatarios in art. 40 constitutio nis nostra sub verbis; jedoch das wenn auswärtige Erben vorhanden — et seqq. non attenditur, quippe quod vox: heres, sensu late sumta, nobis hic omnem illum denotat, qui ex Hereditate h. e. Iure hereditario aliquid capie, hinc et legatarios et fideicommissarios sub se comprehendit. Quae eo magis hic attendenda sunt, quo saepius accidit, quod testamenta hamburgensia nullum plane continent heredem institutum. vid. supra ad §. II, not b.

b) Absentes dicuntur, qui nec in urbe nec in ejus territorio commorantur. Stat. art. 4.

c) vulgo: *Zehnpfennigsherren, Zehnnerherren*. Sunt nempe duo ex ordine senatorio hamburgensi, quibus, exhibito ministro, cura demandata est nomine

nominis aerarii decimas exigendi, tum a bonis eorum, qui urbem linquendo  
nexum civicum exauat, tum ab omni Hereditate, dote, donatione m. c.  
rel. quae ad extraneos devolvuntur. KLEFEKER Saml. hamb. Ges. u. Verf.  
p. 661. Stat. p. III. tit. 3. art. 19. unde vox illa enata.

## §. XIV.

*3) resp. folennitum observandum.* Hae personae modo descriptae, et in specie heredes s. lega-  
tarii et creditores, ut actum praefentia sua validiorem nec non fol-  
lenniorem reddant, ante omnia legitime evocentur necesse est. Quae  
evocatio fit autoritate magistratus, tempore et loco, quibus com-  
parendum, designatis; praesentium, per apparitorem Iudicii; absen-  
tium, citatione publica, vulgo: *Proclama*, interueniente a; quod  
ultimum resp. creditorum, praesertim si ad unum omnes defuerint,  
retentum videtur, licet praefentia eorum non sit necessitatis, et ab-  
sentes per praesentes agant; resp. legatariorum autem expressis art.  
40, nro 2, verbis, salvo beneficio, omitti potest, modo observentur,  
quae sub nro 2. §phi praecedentis monita.

Sic rogatis praefentibus, Inventarium ipsum omnium rerum he-  
reditarium supra (§. 13.) descriptarum, conficiatur per notarium;  
et quidem, ut ipsa legis verba adhibeamus: *ordentlich und unter-  
schiedlich, mit einer jeden eigentlicher Beschaffenheit, Aestimation und  
Werth.* Stat. art. 4. quo etiam spectat art. 41, nro 2. C. n.

Confectum deinde subscribatur 1) per ipsum notarium, qui  
confecit, nec non 2) ab herede manu propria, aut si scribere  
non possit, ab alio notario hunc in finem rogato. St. l. c.

Eorum

Eorum denique, quæ in jure romano circa juramenti praestationem occurunt, qua nonnunquam Inventarium est confirmandum b), cum hic nullibi expressa fiat mentio; neque a ratione, ob quam juramentum ante, vel ipsa durante conscriptione, speciali emer gente fulpicio, a creditoribus exigi potest<sup>a)</sup>; ad Inventarium ipsum, maxime solenni ac publico modo conditum, jurato confirmandum, valeat consequentia; confessum Inventarium, ne exigentibus quidem creditoribus, jurejurando stabiliendum esse, inde colligo.

a) Stat. art. 4.

b) L. 22 §. 10. C. de Iur. Del. LEYSER Med. ad ff. sp. 364. med. 7.

c) vid. e. g. art. 39, nro. 2, art. 42, nro. 2, et art. 45, nro. 2. C. n.

### §. XV.

Restat demum, ut tempus definiamus, cuius intervallo ad 4) resp.  
normani legum nostrarum totum id negotium peragendum est;  
qua in re juris romani praecepta plane sunt conservata, utpote  
quae in tota hac materie ubivis fere eluent. Duos enim inde  
a declaratione sua computandos menses continuos huic operi impen-  
dere potest heres<sup>a)</sup>; quinimmo, si fuerit absens, vel bona valde  
diffusa reperiantur et dispersa, vel si alia ad ulteriore dilationem  
concedendani causa gravissima subsit, longius ei adhuc, si petat,  
scientibus creditoribus, ac praevia cause cognitione, tempus indul-  
gendum esse, docet art. 43, nro. 2; quod tempus, si jus statutarium et  
civile respicis, plerumque spatium unius anni complecti solet; quo  
durante, heres qua talis, conveniri nequit b).

a) art.

a) art. 43, nro. 1. St. art. 2.

b) St. art. 6, cf. cum art. 45, nro. 1, C. n.

### §. XVI.

*III. Post  
confessum  
Inventari-  
um.*

Inventario hoc modo confessō, (quod ratione effectus jam absolutum habetur, quamprimum de re hereditaria constat) maſſa que ex ea cognita, heres simpliciter magistratui aperire debet, num adire, an Hereditatem creditoribus cedere velit. Argumentum praebet art. 42, nro. 1. Si enim, vi hujus dispositionis, heres tenetur, statum insolventiae maſſa magistratui indicare, ad id, ut creditores decernant, utrum eum heredem sub beneficio fieri, an potius Hereditatem ipsi fuscipere velint, hac ipſa jam declarat denunciatione, se priori in casu esse aditurum, posteriori vero repudiaturum.

Hisce vel minimis praescriptorum, quæ ad rem spectant, neglectis, heres jure hoc privilegio quæsito excidit, et obligatione hereditaria quam strictissime tenetur; hinc omnia omnino solvere debet. St. art. 5. ad quod pro re nata et sub carceris poena compelli potest. art. 44.

### §. XVII.

*B. I. Ham-  
burgense  
est verum  
Ius deli-  
berandi,  
sensu lato  
funtum.*

En Benefici Inventarii Hamburgensis faciem hodiernam, ecce primas eorum, quæ jura patria hereditaria hac in materia statuant, lineas; quas paucis adhuc observationibus ex ipſa re defensu lato eendentibus illustrare, simulque finem huic opusculo imponere, animus est.

Si

Si beneficium jamjam expositum cum beneficiis juris romani supra delibatis comparamus, haud certe est quod dubitemus, cui nam ex his in genere sit adnumerandum. Retenta beneficii Inventarii denominatione, in ceteris omnibus, quae ad formam ejus inter nam spectant, adeo juris Deliberandi assumit naturam, ut ipsa Inventarii confectio ad id plurimum facere contendem. Longe enim alia hic subest ratio Inventarii conscribendi, quam in jure roman o. In hoc negotium ad essentiam pertinet, in illo omnino non; hic res consignantur, ut heres de bonorum statu eo certior fiat, illuc, ne ultra vires teneatur. Finis a) est Inventarii nostri, ut justa fieri queat declaratio, Romanorum, ut nullum inde damnum emergat; hinc illis conscripicio vera est causa immunitatis ab omni noxa, cum nobis hoc tantum inflar consuetarii inde descendat. Quae si forte pluribus adhuc essent probanda, vides quaeſo, L. B. §phum V. et discrimina utriusque beneficii ibi conspicienda tradita; quibus rite perspectis, et cum beneficio nostro caute collatis, judicium tuum de vera ejus indoje non amplius suspensum haerebit.

Quod si autem illud verum jus Deliberandi esse contendimus, non sequitur, ut juri Deliberandi Romano ex aſſe respondeat. Sunt potius plura, in quibus ab eo recedit. Vides enim ſpatium anni, intra quod beneficium Romanum eſt preparandum, in nostro ad ſex hebdomades reſtrictum; vides catalogum hic eſſe praeſcriptum, quem fruſtra præſcriptum quaſiveris in jure Deliberandi; vides denique hic omnia autoritate publica celebrari, ritusque foſennes, eosque ſolo ex Inventarii jure petitos. Sic ſaluberrimum

in-

inter utrumque privilegium medium tenens, dum utriusque virtutes retinet, vitia utriusque despernit; nimia alterius deducendo, alterius defectus supplendo, non solum veram, justam heredisque notioni adaequatam adoptat naturam, verum etiam heredi optimo maxime que idoneo modo consultit, multoque beneficiis romanis sit acceptius; quin et in ipsam creditorum tendit utilitatem. Quae brevi-  
ter adhuc sunt discutenda.

*et quidem proximus. Nam finem remotum, omni beneficio hereditatio com-*  
*munem, ut heres damni sit expers, in discernenda beneficiorum natura hic*  
*merito mittimus.*

### §. XVIII.

*B.I.II.ve-*  
*ram natu-*  
*ram bene-*  
*ficii herे-*  
*ditarii in-*  
*duit.*

Si verum est, uti est, heredem esse tales, qui in omnia jura et obligationes omnes defuncti succedit; illum, qui pro parte tantum eas in se recipit, vero nomine heredis insigniri haud debe-  
re, æque verum est. Quod quidem principium ius Deliberandi eo minus violat, quo sapienter accidit, quod heres repudiando ne in ulla plane jura succedat. Non ita Inventarii beneficium. Quasunque vires sibi delatas quae excedunt obligationes a præstatione exi-  
mens, hoc ipso heres beneficiarius eodem temporis puncto se here-  
dem non esse declarat, quo verbis et factis se esse contendit, ac  
vulgo talis habetur. Quam contradictionem, quae prima juris ele-  
menta evertit, beneficium nostrum prorsus ignorat, quod Delibera-  
randi juris natura indutum heredem, adeuntem si velit, si malit  
repudiantem, semper eum esse vult, qui in *omnia* jura defuncti  
succedit.

Alia

Alia quoque, et haec non levioris momenti, sese nobis offert consideratio; si beneficia nostra secundum naturam privilegiorum dijudicamus. Beneficia legis, ceu omnia privilegia juris, dum certum continere debent favorem, strictissime tamen sunt interpretandae, ne jura quaesita eis laedantur. Quorum hic applicatio fiat. Haud certe negandum, jus Deliberandi heredi prospicere, cum ei sufficiens tempus, ne praeципitur in declaratione, praefinit; sed ipse concedes, permultum abesse, quin, hoc tempore solo simpliciter dato, totus fiat securus et omni, qua par est, fruatur commodo. Quae cum ita esse Imperator perspexit, in altera parte, ut ita dicam, excessit, et eam in eum concessit privilegii molem per beneficium Inventarii, qua obrui ipse non solum priviliatus videtur a), verum etiam creditorum conditio peior evadit b).

En beneficium nostrum, quod utrique remedium assert.

a) cave, ne hoc sibi aduersari credas; nimius enim est favor, per se spectatus, et creditorum habita ratione; noxius autem, dum heredem nonnunquam ad bonorum alienorum sc. Hereditatis aere alieno exhaustae administrationem gratis gerendam adstringit.

b) eo nempe, quod rerum ad se spectantium, non domini sunt cum omni effectu.

### §. XIX.

Iam primo curam heredis eximia cum prudentia gerit; quem B.I.H.con-  
spatio Deliberandi minus tutum, ad Inventarii confectionem admittit, fulit cum  
quod, rite ac publica conscriptum autoritate, omne ei dubium  
solvit, num adire debeat, an repudiare. Quae vero modum ex-  
cedunt in Inventarii jure, iustis circumscriptis limitibus, dum prioris  
beneficii adoptat naturam; quo facto, deliberando differens, non  
con-

confignando dum adit heres, nec creditorum in Hereditatem jura quaesita offendit, nec ipse in bona succedere cogitur, unde nullum sperandum est lucrum.

Eodem denique modo lex creditoribus faveat; et hic juris romanii principia plane nos deserunt, cum beneficia ejus, heredi concessa, creditores plane negligant, saltim non consulto respiciant. Iam vero hic legis praefiantiam nostrae prae ceteris admireris velim, quae, salvo herede, curam quoque habet eorum, contra quos lata videtur. Duplex et hic potissimum est favor, qui tam ex confecto Inventario quam ex juris Deliberandi natura emergit. Primum enim creditores de statu bonorum non solum reddit certiores, eorumque laborem sublevat, si massa posthac relinquatur, sed ipsa quae adhibentur solennia, omnia fraude caruisse evidentissime docent. Ex altero haec alternativa descendit. Aut heres simpliciter adit — et quid creditoribus magis optandum? — aut Hereditatem se nolle declarat; quo facto, bonis creditoribus cessis, plenissimo jure potiuntur de iis disponendi, ac sibi, quantum fieri possit, ex illis satisfaciendi. Nulla igitur Hereditatis aditio sine obligatione omnia solvendi; nullum inde quod creditoribus, omni licet adhibita vigilantia, hac illave ratione, imminent damnum; nulla denique vel minima restrictio juris eorum in bona defuncti quaestio.

Hae aliaeque observationes in beneficium nostrum, prudentiae legislatoriae patriae Patrum carissimae in legibus emendandis et applicandis novum addunt specimen, nosque eo fortius ad leges sapientissimas in aeternum servandas obligant.

THESES.

IV.

~~Si quis in legione servare vult, non debet~~  
~~intra legiones exercitus suus~~

IV.

~~Procedere in exercitu suu~~

III.

~~Nonne dicitur~~ **THESES.**

~~Ad hanc~~

I.

*Beneficium Inventarii Romanum verum beneficium hereditarium dici nequit.*

II.

*Distinctio juris romani pacium inter et contractum hodie, quoad effectus civiles, non amplius attenditur.*

III.

*Carcoris detentio per se nullam poenam involvit, licet interdum talis haberi debeat.*

IV.

*Femina testis adhiberi nequit in condendis codicillis.*

V.

*Mandatarius culpam levissimam praeflare debet.*

VI.

VI.

*Sumptus in studia ad peculum profectum, non quasi ca-  
strense, merito referendi.*

VII.

*Polygamia iure naturae licita.*

VIII.

*Donatio inofficiosa in totum, non quoad solam legitimam  
corruit.*

Göttingen, Diss., 1790-91

ULB Halle  
004 826 981

3



f

TA → OL  
nur verschick v





1790, 4 4  
568

DISSERTATIO IN AVGVRALIS IVRIDICA  
DE  
**BENEFICIO INVENTARII  
HAMBVRGENSI  
HODIERNO**

QVAM  
SVB AVSPICIIIS REGIIS  
ILLVSTRIS IVRECONSULTORVM ORDINIS  
AVCTORITATE ET CONSENSU

PRO  
**L I C E N T I A**  
SVMMOS IN VTROQUE IVRE HONORES CONSEQUENDI  
D. XII. OCTOBRIS MDCCXC  
ERVDITORVM EXAMINI

SVBMITTIT  
**IOANNES GODOFREDVS MISLER**  
HAMBVRGENSIS.

GOETTINGAE,  
Typis BARMEIERIANIS.